



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 54. Nova Decreti forma in Conventu a Legatis proposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul. XVI.** fore, si Superiori consilium non petenti  
A.C. 1562. illud obtruderetur: quocirca collectis  
 suffragiis, sexaginta novem Præfules  
 numerabantur concessioni faventes, se-  
 ptuaginta novem vero illi adversantes,  
 & quatuor dubii, atque inter priores  
 non pauci erant, qui consentire vide-  
 bantur, sed tam arduis conditionibus,  
 ut potius hoc consilium reprobare  
 crederentur: quapropter Quinqueecclie-  
 siensis Episcopus sua spe dejectus, totum  
 negotium sollicitudini Cardinalis Mar-  
 tuani commisit, qui aliud decretum  
 absque omni ornatu conficiendum cu-  
 rabat, in quo hæc exponebantur: Cum  
 sanda Synodus duos articulos prædictos  
 de usu Calicis examinandos, atque definitio-  
 nes reservasset, nunc eorum, pro quibus  
 petitur, saluti optime consultum volen-  
 t, decrevit integrum negotium ad S. D. M.  
 esse referendum, prout præsentis Decreti  
 resert; qui pro sua singulari prudentia  
 efficiat, quod utile Reipublicæ Christianæ  
 & salutare potentibus usum calicis fore  
 judicaverit.

#### §. LIV.

*Nova Decreti forma in Conventu a  
 Legatis proposita.*

*Pallav. c. 8.* **C**um hoc Decretum mane die decima  
 n. 3. sexta Septembris in quodam Pa-  
 trium conventu, cui Quinqueecclien-  
 sis



Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

sis Antistes non intererat, proponeretur, Sæcul. XVI.  
 Cardinalis Mantuanus paucis hæc ex-  
 posuit: „Dum proprius instat Sessionis  
 „celebratio, ego, meique socii non me-  
 „diocri affecti sumus molestia ex que-  
 „relis, quas Episcopus Quinqueeccle-  
 „sienensis nomine Cæsaris attulit, cuius  
 „auctoritatem non modo neglectam, sed  
 „etiam contemptam fuisse queritur O-  
 „rator; cum potius eadem Majestas,  
 „eoquod amplificandæ Christianæ Re-  
 „ligioni operam daret, omni ope adju-  
 „vanda, ac promovenda esset: ex hac  
 „quoque indignatione exortum, ut ille  
 „Præful nec hac die in conventum ve-  
 „nerit, nec die postera Sessioni se ad-  
 „futurum declararet: propterea nos, ha-  
 „bita temporis, necessitatis, communis-  
 „que tranquillitatis ratione, ad vos de-  
 „ferimus novam formam Decreti, vi  
 „cujus res Pontifici committeretur:  
 „pro certo enim habemus, Pontificem  
 „pro Religionis incremento, ac Cæsaris  
 „voluntate æqui, bonique consulturum,  
 „quidquid vos statueritis: itaque inten-  
 „dite animos, pro eo, ac par est, in tan-  
 „tum negotium, ac considerate, quan-  
 „tum conferat Religionis commodo  
 „Cæsaris benevolentia; Imperator ve-  
 „ro non sui ipsius, sed publicæ Chri-  
 „stianæ rei utilitate movebitur.,,